



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

Caput V. Clausuræ Monialium, præsertim quæ extra Urbes agunt,  
providetur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

§. LV.

*De clausura Monialium.*Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

## CAPUT V.

*Clausuræ Monialium, præsertim quæ  
extra urbes agunt, provideatur.*

„Bonifacii Octavi constitutionem, quæ  
„incipit: *Periculoſo*, renovans fan- *C. de Statu  
Regul. in 6.*  
„cta Synodus, universis Episcopis, sub  
„obtestatione divini judicij, & intermi-  
„natione maledictionis æternæ, præci-  
„pit, ut in omnibus Monasteriis sibi sub-  
„iectis ordinaria, in aliis vero Sedis  
„Apostolicæ auctoritate, clausuram San-  
„ctimonialium, ubi violata fuerit, dili-  
„genter restitui, & ubi inviolata est,  
„conservari maxime procurent, inobe-  
„dientes, atque contradictores per cen-  
„suras Ecclesiasticas, aliasque poenas,  
„quacunque appellatione postposita,  
„compescentes, invocato etiam ad hoc,  
„si opus fuerit, auxilio brachii fæcula-  
„ris, quod auxilium ut præbeatur, o-  
„mnes christianos Principes hortatur  
„sancta Synodus, & sub excommuni-  
„cationis poena, ipso facto incurrenda,  
„omnibus Magistratibus secularibus in-  
„jungit. Nemini autem sanctimonialia-  
„rium liceat post professionem exire a  
„monasterio, etiam ad breve tempus,  
„quocunque prætextu, nisi aliqua ex

G 4

„legitima

Sæc. XVI.  
A C 1563

„gitiina caufsa, ab Episcopo approba-  
 „da, indultis quibuscumque, & privile-  
 „giis non obstantibus: ingredi autem in-  
 „tra septa monasterii nemini liceat,  
 „cujuscumque generis, aut conditionis,  
 „sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi,  
 „vel Superioris licentia in scriptis ob-  
 „tenta, sub excommunicationis poen-  
 „ipso facto incurrienda; dare autem ta-  
 „tum Episcopus, vel Superior lice-  
 „tiam debet in casibus necessariis, ne  
 „que alius ullo modo possit, etiam v-  
 „gore cuiuscumque facultatis, vel in-  
 „dulti hactenus concessi, vel in poste-  
 „rum concedendi: & quia monastena  
 „sanctimonialium, extra mœnia urbi,  
 „vel oppidi constituta, malorum homi-  
 „num prædæ, & aliis facinoribus sine  
 „ulla saepe custodia sunt exposita, ci-  
 „rent Episcopi, & alii Superiores, si ita  
 „videbitur expedire, ut sanctimoniales  
 „ex iis ad nova, vel antiqua Monaste-  
 „ria intra urbes, vel oppida frequentia  
 „reducantur, invocato etiam auxilio, si  
 „opus fuerit, brachii secularis: impe-  
 „dientes vero, vel non obedientes, per  
 „censuras Ecclesiasticas parere com-  
 „pellant.

§. LVI.  
*De Superiorum electionibus.*

CAPUT